



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex  
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &  
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium  
similitudinibus conscripta ...**

**Duplan, Theodore**

**Ruraemundae, 1663**

8. Triduum S. Cæciliæ, quo superest a trina percussione.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12221**

## SYMBOLUM 7.

*Tres calami Valentis Imper. Quibus D. Basilio magn o fidei, circa SSS. Trinit. præsertim Homousij propugnatori, ne quicquam exiliij sententiam intentat.*

**E**xilium mandare vales, sed non dare, Cæsar,  
Rex es, Magne Valens, (a) Rex quoquè magnus  
Impie tres calamos incassum stringere tentas, (is est  
Gestit in adversis, exilit exilio.  
Esto valens animis, armisquè valentior, arma  
Tutori Triadis nulla nocere valent.

(a) græcè Basilius, latinè idem quod Rex.

## SYMBOLUM 8.

*Triduum S. Cæciliae quo supereft a trinā percussione, laudans  
Deum Trinum & Vnum.*

**C**oncentus modulata novos pia virgo Tri-uni,  
Vicus fatis ut solet albus olor.  
Sedula sicut apis jam mella perennia captas,  
In cellis cœli dispositura dapes.  
Ternas ecce ter icta moras exposcis, ut uni  
Plura legas Trino mella melosquè Deo.

## SYMBOLUM 9.

*Tres rosæ S. Dorothæ, quas promittit Theophilo præfidis ad-  
vocato, ac e cœlo mittit, quibus eum ad religionem veri Dei ab  
idolatriâ convertit.*

**E**xigis æthereâ tres arce Theophile Flores,  
Accepto-faciam mox satis-ense tibi,

(a)